

**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Virtute Religionis, Et Ei Annexis; Continens quatuor Tractatus
Theologiæ Moralis præcipuos. Primus, in ordine decimusquartus, de
Iuramento, & Adiuratione. Secundus, de Voto. Tertius, & charior Authori,
de statu Religioso. Quartus, de vitiis oppositis Religioni

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

A quo tempore Nouitatus computandus est. §. 3.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76572](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76572)

De illius *Essentia & Prerequisites.*

art. 4. Lessius lib. 2. cap. 4. dub. 6. num. 59. Bonac. de Sacram. disp. 8. quæst. unica punc. 5. n. 5. Baf. Legio. lib. 9. c. 9. n. 5. tamdi contrarium sententia Sylvestri. Henr. Riccius. quos refutat & sequitur Barb. alleg. 101. n. 20.

4. Addendum item est non solum integrum, & comple-
tum annum probationis postulati, sed etiam continuum.
Nam ex communī modo loquendi, quoties ex aliquo die de-
signato tempus computandum est continuum debet esse; alias
nihil in contractibus, & obligationibus certum, & determi-
natum est, ut bene aliis relatis probans Gutier. can. quæst.
lib. 12. q. 2. 4. Anton. Gomes tom. 3. var. c. 1. n. 3. Suar. tom.
3. de Relig. lib. 4. cap. 15. num. 5. Sanch. lib. 5. cap. 4. num. 31. Sed
Trident. dicta *sef. 2. 4. c. 15. de Regulari.* A die suscepit habitus
annum probationis designat. Ergo continuus esse debet. Quod
à fortiori procedit, quando hæc continuatio cedit in fau-
orem illius, ob cuius causam tempus designatum est ut in pra-
senzi contingat; siquidem regulariter nouitium, & religione fa-
utorabilis est, ut probationis annus continuus sit, quam inter-
polatus: Sic enim exactius nouitius religionis asperitatem
probatur, & religio nouitij mores, & ita tradunt plurius rela-
tivi. Sanch. lib. 5. sum. cap. 4. num. 3. Suar. tom. 3. de Relig. lib. 5.
cap. 15. num. 3. Lessius lib. 2. c. 41. dub. 7. n. 59. August. Barboza
3. p. de poteſt. Epis. alleg. 101. num. 23. Ludovic. de Mirand. 1. p.
Man. Prelat. quæst. 2. art. 4. concil. vni.

5. Subdit tamen Man. Rodig. tom. 3. quæst. Reg. q. 15. art.
8. Ex privilegio Iuli 2. religioni minorum concilium esse,
ut nouitius compleri possit ex duplicitate interpolata,
neque per Trident. hoc priulegium reuocatum esse, sed illo
vti posse tum religionem minorum iusta causa intercedente,
tum reliquias religiones communicantes in priulegiis. Quia
Trident. solum expedit prout integrum nouitium annum
quod vero debet esse continuum sub opinione positum est
relinquit ergo locum priulegio. Ceterum verius censio cum
Sanch. lib. 5. sum. c. 5. numero 35. Hoc priulegium Trident.
decreto reuocatum esse. Quia si hoc priulegium firmam
persistet, ferè nullius utilitatis esset Trident. decretum statuens
iuxta communem sententiam nouitium debere esse continua-
num, cum omnes penè religiones illo vti possent ob priuile-
giorum communicationem eis concessam.

6. Difficiliter autem est, que interruptio sufficiat, ut no-
uitium annus discontinuerit? Nauarr. lib. 3. confil. tit. de Re-
gular. conf. 3. 2. alios 42. Tridentanam interruptionem dicit esse
sufficientem, tacite infinitam minorum esse insufficiem, c. 4.
de causa conf. 3. alios 45. Dixit nouitium brevi tempore lati-
tare in monasterio animo fugiendi non intertrumpere nouitium
; quia si interrupcio momentaria, & non considerabilis. Et Lessius lib. 2. cap. 4. dub. 7. n. 59. Dixit paucorum
dierum interpolationem nouitium non impedit, quia non
est moralis interrupcio, neque impedit, quominus nouitius re-
ligionis asperitatem experietur. & religio nouitium.

7. Sed dicendum est depositionem habitus absque animo
mutandi statum non intertrumpere probationem benè ramen-
depositionem habitus perfectam quantumvis breuissimam
animi relinquendi statum assumptum. Ratio virtus partis
est, quia illa est vera, & propria interrupcio status, qua
cessat status assumptus, sed ex sola depositione habitus ab-
sque animo mutandi statum non cessat status probationis al-
lumptus, alias cessat, si deponebas habitum, ludi, fornicationis,
alteriusve peccati causa liberius committendi. Ergo
ex hac dispositione non intertrumpit nouitium. Econtra
vero cessat status probationis, si habitus dimittas animo re-
linquendi viam inceptam, seu fugiendi obedientie iugum.
Si quidem nouitius constituit in assumptione habitus animo
religiosam vitam experiendi: Et ita tenet Suar. tom. 3. de Relig. lib. 5. cap. 15. à n. 5. & seq. & ex parte conferit. Sanch. lib.
5. sum. cap. 4. n. 32. & 33. Debet tamen hæc dimissio habitus
esse perfecta, ut censearis ab statu nouitii recedere: quod di-
xerim propter duplicitatem probabilem à Suar. lib. 5. de
ingressu religionis cap. 15. n. 7. adductam in quibus non vide-
tur esse dimissio perfecta, & completa; videlicet si Prelatus
vouens dimittit nouitium, habitu religioso illum exuerit,
& facultati induceret, & antequam à monasterio expellere, len-
tientem mutasset. Idem si nouitius animo relinquendi statum,
& à monasterio fugiendi solitare: secularibus vestibus indu-
sus, & antequam fugeret, penituisse, non censeor plenè, &
perfectè statum defere. Quia hæc desertio in his casibus mo-
nasterii ingressu consumari debebat.

8. Deinde dico te intertrumpere nouitium, si è monasterio
ex eas animo fugiendi subiectiōnem, tamen habitum
non dimittas; quia nouitius non tam constituit in materia illa
habitum deportationem, quam in animi, & corporis preparatione,
ut religio tuos mores prober, & tu religionis asperites. Quæ
præparatio cessat eo egressu, & probatio redditur impossibilis.
Ergo nouitius intertrumpit.

9. Sed quid dicendum de furore, & amentia; an valeat
intertrumpere nouitium? Et quidem si amentia breui tem-
pore daret, qualis esse solet ex aliquo morbo excitata, omnes

conveniunt praxi ipsa testante nouitiatum non intertrumpi, nec
suspendi. Quia in communī hominum estimatione reputatur,
ac si eo tempore dormiret. At si amentia extraordinaria esset,
vt si per mensē duraret, censet Sanch. lib. 5. sum. 4. num. 55.
nouitiatum non intertrumpi, sed suspendi, ac proinde repre-
tendam non esse, sed supplendum tempus amentia. Quam
sententiam quoad priorem pattem censio veram. Non enim
videtur post nouitiatum intertrumpi, quia status religionis
inchoatus cessat, at cessare non potest nisi ex voluntate no-
uitij, vel Prelati, cum ex virtusque voluntate fuerit cele-
bratus ingressus. Ergo horum voluntate cessante, vt verè ces-
sat, nouitiatum intertrumpi non potest. Posito autem, quod
nouitiatum non sit intertrumpit, milii difficile est illud tempus
computandum non esse. Quia confitum solum expulsum ad
professionem integrum nouitiatum annum, ut ex amentia
nec nouitiatum solvit, nec discontinuat. Ergo tempus amen-
tia necessario computandum est. Neque obstat eo tempore nec
nouitium posse religionem probare, nec religionem nouitium.
Quia id prouenit ex quodam accidenti extrinseco, & non ex
statu, sicut si nouitius ex voluntate superioris nauigatur, vel
fortuite captiuus existenter, non obinde videtur nouitiatum
suspendi, ello non possit religionis asperitatem probare, ne-
que religio ipsius mores. Quapropter eo calo amone
non suspenderit probationis status; bene tamen illius vslus,
& exercitum, qui illa passiva nouitius exercitatio à superiori
virtualiter approbat, seu toleratur.

10. Major dubitatio est, an nouitiatum continuo debet
esse vsque ad professionem: Negant Sylvestris verbo religio 5.
q. 4. Gregor. lego 3. tit. 7. part. 1. Rodig. tom. 3. reg. q.
15. art. 10. ad finem. Sanchez plures referens lib. 5. sum. cap. 4.
numero 34. Quia nullibi cauerit hæc cum professione con-
tinuatio. Quocirca si nouitius explico integrum nouitium an-
no noller proficer, sed religionem deferat, vel ipsa religio
cum expellat; quia non putavit satis idoneum, si polka ipse
penitentia ductus ad religionem redat, vel ipsa religio con-
suum mutans illum velit recipere, profecto (inquit dicit
Doctores) validè, & licet concedi potest, dummodo res
tum ex parte religionis, tum ex parte nouitii non sine nota-
biliter mutata. Ceterum verius credo debere nouitiatum cum
professione continuari, neque posse nouitium diffundit à reli-
gione, aut ipsum religionem dimittit, nec proficit, quin dono
integrum nouitiatum annum peragat. Quia prior habens sus-
cepito, & probatio dimissio extincta fuit. At confitum ad
professionem valorem integrum annum post suscepionem habi-
tum in probatione requirit: Ergo post illam secundam suscep-
tionem integer annus probationis esse debet, & ita tenet latius
probans. Suar. tom. 3. de Relig. lib. 5. c. 15. à n. 8. vñque in finem.

§. 111.

A quo tempore nouitiatum computandus est.

S V M M A R I V M.

1. Computatur ab eo punto, quo habitus nouitius ad pro-
bandam religionem admittitur, & religio nouitium
probare intendit.

2. Debet esse in æate pubertatis.

3. Hoc non est à Trident. immutatum.

1. Certeissimum est ab eo tempore computandum esse noui-
tium, a quo nouitius habitus, & in legitima æate
constitutus à legitimo superiore admittitur ad religionis dif-
ficultates probandas: quia in legitima admissione constitutis
religionis ingressus: ea enim futurus religiosus cum religio-
ne conuenit, ut ipse religionem probet, & religio ipsum.
Sic Suar. tom. 3. de Relig. l. 5. cap. 3. num. 6. Neque obstat
huius religioni Trid. *sef. 2. 4. 15. de Regularibus.* Quatenus ve-
rat nullius professionem fieri nisi per annum post suscep-
tionem habitus incipere, neque antea incipere posse.
Non inquit obstat, quia Trident. loquitur de ingressu in
nouitiatum propter communem contingit, non tamen secundum
quod absolute fieri potest: Certum enim est, quod quis ad
probacionem admittitur habitu illius religiosus pro nouitius
destinato induit, non tamen tolli quin admittit abique mu-
tatione proprii habitus, & sine illius religiosus habitus sus-
cipione. Confitum autem enumeratur probacionis initium à
signo illo clariori frequenter contingenti, esto non simpliciter,
& absolute necessario.

2. Dixi ab eo tempore nouitiarum computandum esse, à
quo nouitius habitus, & in legitima æate constitutus à le-
gitimo superiore admittitur, ut satis indicaretur æatam
aliquam determinaram esse ad nouitiatum peragendum. Qæ
autem hæc sit? Communis sententia testatur esse puberatatem
completam, nempe in viris 14. & in feminis 12. comple-
anno.

annos, neque malitiis suppleri erat: Si teneat Gloss. elem-
fin. de Regulari. verbo *erato* per *textum ibi* Sylvestri verbo *re-
ligio* 2. quæst. 12. & *religio* 3. quæst. 2. & *relig. 5. quæst. 1.* Gre-
gor. Lopez leg. 3. verbo *vn anno titul. 7. part. 1.* Sanchez alias
relatis lib. 5. summ. cap. 4. num. 22. Quia ante pubertatem ne-
mo censetur idoneus ad religionis alperitatem probandas, præ-
cipue que votum castitatis ceperique. Neque obstat, quod ante
illam erat enim quis recipiat ad religionem, quia recipitur
legitima erata probandas.

3. Solidum est dubium an Trident. decreto hoc immutatum
sit. Nam ex illo viderur colligi probationem incipere non pos-
se ante 15. annum complerum, siquidem Trident. sif. 25.
cap. 15. de Regularibus. Statuit neminem ad professionem ad-
mitti posse ante 16. completum annum, & premiso integro
nouiciatus anno, & cap. 16. decimeti, ut finito tempore noui-
ciatus superiores nouiciatos, quos habiles inuenient, ad profes-
sionem admittant, aut e monasterio eliciant. Supponit ergo
consilium omnes finito nouiciatus anno in legitima erata ad
professionem esse debere, siquidem admittendi sunt, vel ci-
enciendi, si alias habiles, vel inhabiles existunt; ob solum enim
defectum eratice non debentur. Sic videtur sententia Sylvestri.
verbo *religio* 5. quæst. 3. Angel. verbo *nouicius* quæst. 7. Ca-
teretur versus *censo* ex Trident. decreto non mutata nouiciatus
statum. Nam ex illo Trident. disponit finito nouiciatus an-
no nouiciatos ad professionem admitti, vel e religione eius, hoc
subimelligitur, nulla legitima causa intercedens differendi
professionem, ut multis comprobatur. Rodrig. tom. 3. regul.
quæst. 9. art. 10. & 20. & tom. 5. sum. cap. 8. num. 3. San-
chez lib. summ. c. 4. n. 21. Quando autem nouicius annum 16.
non complevit, legitima causa ad: st professionem differendi, si
eius ad eis, si morbo aliquo laboraret, vel in probatione non
satisficeret. Sic tenet Nauart. lib. 3. consil. tit. de Regulari.
consil. 20. alias 30. num. 1. Azor. 1. p. lib. 12. c. 4. quæst. 9. Ro-
drig. tom. 3. quæst. regular. quæst. 15. art. 1. Sanchez alias rela-
tis lib. 5. summ. cap. 4. numer. 22. Lessius lib. 2. cap. 4. dub.
7. n. 59. in principio. Suar. tom. 3. de Relig. lib. 5. c. 13. n. 8. Barbo-
la 3. parte de potestate Episcop. alleg. 101. n. 31. & alijs.

§. IV.

Quæ conditions seruandæ sunt ut nouiciatus
legitimè fiat.

S V M M A R I V M.

1. *Debet esse munera traditio inter religiosum & religionem, ut se inuenient probent.*
2. *Non est necesse fieri hanc probationem in monasterio.*
3. *Non per quilibet monasterio furrium egressum, & vagationem cessat nouiciatus.*
4. *Bene potest esse nouiciatus abique habitus nouiciorum gestione.*
5. *De tripli conditione quæstio esse potest. Prima de mu-
nere confusu, & traditione. Secunda de probatione ipso in monasterio. Tertia de gestione habitus reli-
gionis assumenda.*

1. **P**rima conditio omnino necessaria est nouiciatus, imo
in ea solum essentia nouiciatus consistit, ut ex §. præ-
cedenti, num. 1. colligatur. Dispositus enim nouicius esse de-
bet a religione probari: Sic tanquam aptus admittendus, vel
ineptus repellendus, religiisque illum admittere debet, ut
difficultibus, & austerioribus illis probatis liberè eligat reli-
giosum statum, si libi expedite iudicauerit. *Quod adeo ve-
rum esse censeo cum Suar. tom. 3. de Relig. lib. 5. cap. 11. 4. à
num 5. Ut quoties ex parte nouicii, vel religionis celaverit
hic consensus, & dispositio probandi, probationis status omni-
nino cesseret. Cessat autem haec voluntas, & dispositio ex ipso
quod nouicius ad professionem admittitur, esto invalidè ad-
missus fuerit. Quia professionis admissione cessa religio o
libera nouicii probationes, siquidem illum tanquam probatum ad-
mitit, & nouicius cessa religione probanda, credens egredi
ab illa non posse. Quia statu probationis omnino repugnat.*

2. **S**ecundam conditionem de probatione in monasterio
non desunt Doctores, qui dicant necessariam esse; quia alias
non valebit nouicius alperitatem religionis experiri; neque re-
ligio nouicii mores. Sic tenet comparativa monialium. Ro-
drig. tom. 3. quæst. regul. q. 15. art. 10. circa finem.

*C*æterum omnino tenendum est, nouiciatus peragi posse
extra monasterium de licentia superioris; quia ad nouiciatus
cessitiam sufficit si nouicius ex vi sua voluntatis regi, &
gubernari a superiori paratus sit. *Quod extra monasterium
potest, tametsi nullam religionis alperitatem exper-
iatur, ut contingit in eo, qui immediate post habitus sus-
ceptionem in lectulum decidit, nullumque religionis spe-
ciale exercitium fecit, sed non obinde definit esse nouicius,*

quia esto nouiciatus institutus sit, ut nouicius religionis diffi-
cultates experietur, & religio mores nouicij, & ad hujus-
modi finem conueniat, vel necessarium sit vitam degere in
monasterio; quia tamen hæc actualis, & exacta experientia
non precipit, ea de causa ad nouiciatum simpliciter neces-
saria non est, & ita tenet ex decisione Cardinalium Nauart.
lib. 3. consil. tit. de Regulari. consil. 4. & consil. 4. alias 31. Azor.
1. p. lib. 12. c. 2. q. 8. fine Lessius lib. 2. c. 4. dub. 7. n. 59. Suar.
tom. 3. de Relig. lib. 5. c. 14. n. 13. Sanchez lib. 5. sum. c. 4. n. 27. &
28. Barbo. 3. p. de potestate Episcop. alleg. 101. num. 27. & plures
apud ipsos.

3. **M**aior difficultas, si extra monasterium nouicius vase-
tur abique licentia superioris præcipue habui dimissio, an co-
ipso eius nouiciatus esset? Nauart. Azor. Lessius. Sanchez. Bar-
bo. aliqui communiter supponere videtur. Siquidem di-
cunt ex ratione non cessare nouiciatum, cum extra monasteri-
um de licentia Abbatis nouicius degit; quia fictione iuris in
monasterio degere censetur, ceterum dicendum existimo non
per quemlibet monasterio egressum, & evagationem noui-
ciatum cessare, nisi forte haec cum animo dimittendi subiectio-
nem, vel nisi vagatio ita diurna sit, ut mortaliter vera di-
missio, & defensione subiectio intelligatur: Sic docet Suar.
tom. 3. de Relig. lib. 5. c. 14. num. 14. & confat ex dictis supra
§. 2. Ratio est quia exiens futuri à monasterio animo imple-
di libidinem, & non animo dimittendi subiectio patens, &
dispositus es coripi, & puniri si reprehendaris. Ergo ex illo
egressu nouiciatus non cessat, cum non esset voluntaria subie-
cio, & punitione ferenda dispositio.

4. **T**ertia conditio de habitus nouiciorum gestatione in re-
ligionibus habitum proprium habentibus, speciale difficultas
habet. **T**um quia est speciale religionis, indicium specialisq;
illius alperitatem. **T**um quia Trident. professionem irritat illius,
qui minuti tempore, quam per annum post suscepimus habitum
in probatione steret. **S**uscipitur autem habitus, ut gestetur.
Ergo illius gestatio est omnino necessaria: Sic docent Gloss.
c. fin. verbo *habitus* 17. quæst. 1. & c. super eo de Regulari. Syl-
vestri. verbo *religio* 5. q. 5. Azor. 1. p. lib. 2. c. 2. q. 9. Sanchez. c. 4.
num. 29. Lessius lib. 2. c. 4. dub. 7. n. 59. vers. 3. Ludovicus Mi-
rand. in manu pral. 1. p. g. 22. art. 6. conel. unica Barbo. 3. p.
de potestate Episcop. alleg. 101. num. 29. & alijs apud ipsos. Nil hil-
luminis versus censeo cum Suar. tom. 3. de Relig. lib. 5. cap.
14. n. 10. 11. 12. & 15. fine. Non esse hanc habitus gestationem
de nouiciatus substantia. Nam vt §. 3. relinquitur probatum ad-
mitti quis potest ad nouiciatum, quia faciem habitum
mutet, c. confitucionem de Regularibus in 6. Et semel ad-
missus potest incidere in lectum, & sic tunc nouiciatus anno
perseuerare, quia habitus regularis inducit. Ergo gestatio
habitus regularis non est de substantia nouiciatus. Deinde haec
habitus gestatio ille potest necessaria, ut nouicius hanc religio-
nis alperitatem experietur, vel ut a secularibus, & professis illius
religionis distinguatur. Sed ex neutra harum rationum re-
quiritur, ergo necessaria non est. Et quidem ob experientiam
illam alperitatem expostulari non potest; siquidem fatus
comune est apud Doctores non esse opus nouicio omnes religio-
nis alperitatem experiri, sed sufficiere si sub obedientia iugo
exfiltrari, ut tenent alias relatis. Nauart. lib. 3. consil. tit. de Re-
gularibus consil. 42. alias 32. Rodriguez. tom. 3. q. regul. q. 15. art.
10. Sanchez. lib. 5. sum. c. 4. n. 28. & 82. Suar. tom. 3. de Relig. lib. 5. c. 14.
n. 13. 14. & 15. Ob distinctionem autem a secularibus, & a pro-
fessis illius religionis minus requiri potest. Quia a secularibus
aliis pluribus viis distinguuntur; quam habitus regularis ges-
tatione, præcipue cum tritum proverbiū sit habitum non
convenire monachum, sed professionem. A professis ve-
sto frustran est distinctione. Tum quia in pluribus religionibus
nulla est nouiciorum, & professorum in habitu distinctione. Et
estilo aliqua esset, potest nouicio honoris causa habitus profes-
orum concedi, quin professio concedatur, neque obinde no-
uiciatus cestabit.

P V N C T V M . XIII.

An nouiciatus in Societate I E S V diuersam con-
ditionem habeat à nouiciatu aliarum
religionum.

S V M M A R I V M.

1. *De conditione etatis nulla est in Societate diuersitas.*
2. *Integer annus requiritur, nec alter valet professio, nec
incorporatur per vota biennij.*
3. *Ex confitucionibus alias additur.*
4. *Potest in eo Prepositus Generalis dispensare ad profes-
sionem, ad vota tamen Scholasticorum dubium est.*
5. *Resoluuntur posse.*
6. *An Provincialis possit admittere nouicios ad vota Scho-
lasticorum*